

§. 3. Vel *Publica*, ut *Necessarium*, quod est

vel *Prætorium*, estque

vel *judiciale*, ex causâ *judicati*, quando legitimus executor capit pignora ex bonis debitoris parere recusantis, eaque distrahit, ut actori satisfiat, nisi velit Prætor victorem mittere in possessionem.

vel *Prætorium in specie*, ex causa *missionis decretæ*, quando Prætor ex primo decreto mittit in possessionem

1. *Creditorem*, ob contumaciam debitoris non comparentis.
2. *Legatarios*, ob non præstitam cautionem.
3. *Vicinum*, in causa *damni infecti*.

Misso hîc nuda conceditur rei detentio, quam debitor potest recuperare cavendo, & restituendo expensas intra annum.

Nam *secundum Decretum* facit verum possessorem, aut etiam Dominum.

vel *legale* s. *tacitum*, vid. Tit. 2.

§. 4. *Arrestum* jus pignoris largitur,

Creditor hoc

Impetrat

1. Si summarîè fidem faciat.
2. Si periculum subesse ostendat.

Persequitur legitimè, vide Carpz. Resp.

Tit. II.